



# Notes du mont Royal

[WWW.NOTESDUMONTROYAL.COM](http://WWW.NOTESDUMONTROYAL.COM)



Cette œuvre est hébergée sur «*Notes du mont Royal*» dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES  
Google Livres

# Hesiodi Poem te Georgicorum liber

per Nicolaum de Valle cons.  
versus e græco in <sup>de hac</sup>  
latinum. <sup>et de planis</sup>  
<sup>et de plantis</sup>  
<sup>et de flos.</sup>

Magister Gregorius Laticephalus  
de Konitz Lectori.

Ex agro celebres vrgentur viuere reges:  
Viuit sœcundo maximus orbis agro,  
Atteritur vomer: tum fodat thaurus arato;  
Ut domini digitis aurea dona gerant,  
Agricolæ innueras ducunt & i horrea fruges:  
Cuncta suis pascant oppida pulchra cibis  
Foelix diuitias fidis qui congerit aruis:  
Haud nugis quenque decipit ille suis.  
Sed claros soles: largu iam postulat imbrem:  
Constanti diuos orat & usque prece,  
Aruorum cultus Ascrea natus in vrbe:  
Hesiodus docuit, lector amand legas.

IOANNIS HONORII CUBITENSIS  
præfatio in Librum Georgicorum  
Hesiодi Ascrei.

Hesiод⁹  
subito a  
musis fas  
ctus poc  
ta.

Ascre He  
sidi pa  
teria.

Alia trās  
latio As  
cram rus  
miserrī pe  
nes hiche  
licona co  
lebat Hiz  
berno dis  
rū triste  
estu opta  
bile nūn  
quam.

Laus  
agricultu  
re & agri  
colarum.

Hesiодus fuit Poeta antiquissimus: Dñ filius  
ex Pyginnide vxore: quem oues patris in  
Parnaso monte pascentem, musæ rapuisse  
dicuntur: ac poetam fecisse munere calamo  
rum, quod Ouidi⁹ libro fastorū vi, tetigit cum ait Ecce  
deas vidi, non quas preceptor arandi Viderat, Ascreas  
cū sequeret oues, Idem in arte amandi, Non mihi sunt  
visæ Clio Clivusq; sorores Seruati pecudes valib⁹ Ascre  
tuis, & Vergilius in buccoli inquit, Hos tibi dant cala  
mos, en aceipe muse Ascreo q̄s ante seni qb⁹ ille solebat  
Cantādo rigidas deducere mōtibus ornos, Eius patria  
fuit Ascrea vicus Beotiae ad Heliconem, quā ipse impro  
brauit, vocans dirā hyeme, tristem æstu, ac nunquā opta  
bilem, Ouidius in Ponto. Eset perpetuo sua quā vitabi  
lis Ascrea Ausa est agricole musa docere senis, Vnde &  
ipse Hesiодus in hoc opusculo de genitore suo loquens  
sic ait, Hic meus ille quidem genitor dū pauper egeret  
Errabat, maria alta secās fluctusq; profundos, Ille olim  
Eolidam/Cumā/atq;ea litora linquens Appulit huc, nō  
spe lucrī commotus auara, Durum opus exercere inuisa  
vrgebat egestas, Ille vagus demū prope tēpe Heliconia  
sedem Ascream incoluit cœli in regiōe molesta Frigora  
nunc nūmio, nunc intolerabilis æstu. Hunc fuisse tempo  
ribus Homeri ostendit Gellius ex epigrammate quo d  
apud Heliconem in tripode musis Hesiодus īpē dicarat  
Hic poeta ad Persen fratrem scripsit librū quem appella  
uit opera & dies, Vbi docuit quemadmodum agri, &  
quibus temporib⁹ colendi essent, & adeptus est pal  
mam in medio dicendi genere vt Quintiliano videt, li  
cet Vergilius eum superasse putet in Georgicis au  
to re Seruio. Primus certe Hesiодus metrice scripsisse dicit  
de agricultura, quæ sola est ex qua questus stabilissimus

honestissimusq; consequitur, minimeq; inuidiosus, quā Aristoteles in Aeconomico potissimā secundū naturam possessionū commemorat. Quocirca olim Delphicus Apollo Aglaum Prophodium dixit esse fœlicissimum, qui paruum quidem prēdiolum colebat, sed annuis vi- cibus large sufficiens, ex quo nunquam egressus fereba tur. Vnde Vergilius tā vere quā eleganter, lib. ii. Georgicorum ait. O fortunatos nimium (sua si bona norint) Agricolas, quibus ipsa procul discordibus armis Fundit humo viciū facilē, iustissima tellus. Etab Horatio in carmine epodo decentissime dictū est. Beatus ille qui procul negotijs (vt prisca gens mortaliū) paterna rura bo- bus exercet suis Solus omni fœnore, præterea sine agris cultoribus nec cōsistere mortales, nec ali posse manifestū est. Quāobrē qui rura coluerunt, piā & utile vitā agere credebantur. Omniū enī rerū ex quibus aliquid acquisitum nihil est agricultura melius, nihil vberius, nihil dulcissus, nihil libero homīe dignius. De agricultura igitur tam laudata tamque frugifera, scripsere permulti, quorū bonam partem Terentius Varro, qui rem rusticam ex poliuit nominat. Plinius autem lib. xiiij. & Columella li. primo scribunt q; Hesiodus princeps omnium de agri- cultura præcepit. Quem secutus Vergilius in Georgico carmine ait. Ascreūq; cano Romāa per oppida carmen. Scribit etiam Hesiodus Theogoniam & quedam alia.

In libro Georgi, dixit. Dimidiū esse plus toto. Quid per hoc intelligi voluerit, declarat Philippus Beroaldus Bononiensis vir quā clarissimus in appendice annota- mentorū in duodecim Cæsares Suetonij Tranquilli dis- cens. Hesiodus in libro cui titulus opera & dies versum hunc posuit Ignorant stolidi quam toto sit medium plus Dissoluenda quēstio est, cuius mentionem fecit Gellius libro. xvij. Noctium atti, nec tamen reliquit explanatiū quid Hesiodus se dicere sentiat, cū dimidiū plus toto esse dicit, quod cōmuni plane sensui videtur reluctari. Plato li. ij. de legib; planissime explicat hoc ambagio- sum scribēs rectissime dictū esse ab Hesiodo dimidiū pl.

De aglao  
Prophos  
dio lege  
Valeriu  
Maximū  
libro. vij.  
cap. pris  
mo et Pli  
nium lib.  
vij. capit.  
xl vi.

Quid in-  
telligi vo-  
luerit He-  
siodus cū  
scripsit di-  
midiū es-  
se plus to-  
to.

A ij



**Moderas** esse quā edutum, quando videlicet totum cōprehendere  
tum melius immoderato, noxiū est: dimidium vero temperate se habet, Hinc  
intelligi voluit, Moderatum immoderato plus esse, vt  
pote melius deteriore, docetq; principatum moderate  
constituendum esse, & ad mediocritatem redigendum,  
Idem lī.ij de repub. laudans vitam moderatam tanquā  
optimam, Hesiodum illud sapienter dixisse commemo-  
rat Dimidiū plus esse quā totū, Consimiliter Arist. iiiij.  
politiorū dimidiū esse plus toto docet, ex eo q; guber-  
natio temperata durabilior est & melior, quā impotens  
& immodica. Ideoq; Phociliides bonis optauit multa, me-  
diocribus optima, et ipse mediocris esse voluit in ciuita-  
te, Idem Aristoteles profitetur mediocritatem & medi-  
um esse optimum mediocrisq; fortune bonorum posse-  
sionem ait optimam omnium esse existimandam, Idem  
in ethicis Virtutes mediocritates esse tradit, Ex quo col-  
ligitur medium & moderatum optimum esse in vita de-  
genda, & plus quā totū appetendum, Non me preterit  
aliter ab alijs Hesiodi versum exponi solere, sed hæc Pla-  
tonica a nobis & Aristotelica interpretamenta magis pro-  
bantur, cum eruditiora sint & veriora, hæc ille. Quidam  
dixerunt Hesiodum contendisse carminibus cum Hos-  
mero, sive seq; victorē, qd indicat tripos positus ab Hesi-  
odo cum hoc epigrāmate Hesiodus donū dedit hoc spe-  
stabile musis, Diuinū cantu cū Calcide vicit Homerū.

## FINIS PRAEFATIONIS.

PIO. II. PONTIFICI MAXIMO NL  
COLAVS DE VALLE.

I vacat Enea rerum dignissime praeſul :  
Grataq; ſunt animo carmina noſtra tua  
Perlege que quōdā dulci modulat⁹ auena,  
In Latios aufus vertere Græcamodos ,  
Ascrei inſpīties iμεραι και εργα poete :  
Gratia quo quondam floruit Hesiodo ,  
Hæc fuerant ( fateor ) plectro meliore canenda :  
Hic opus ingenij quippe ſenilis erat ,  
At quia nonnulos tam magna superbia vates  
Eleuat : ut nullo græca in honore putent /  
Sum tamen hoc aufus biſſeptem & quartuor annis  
~~Dum mea labuntur luſtra trahente dea ,~~  
Sumpliſimus & tenues græcorum e forribus haufiſus .  
Mixtaque cum græco lingua farina fuit ,  
Quicquid id eſt ad te vatum clarissime vates  
Mittimus : es Ciaro non minor inſe deo :  
Suscipe : & Hesiodum placido complectere vultus  
Hic quoque iudicio ſletque cadatque tuo ,  
HESIODI POETE GEORGICON  
εργα και iμερα . i. opa & dies . Liber Primus .

Musæ  
Iouis velut

Ierides muſæ quarum viget inclita cantus  
Fama ducū : & veftri dec⁹ immortale parētis .  
Dicite cur hoīm pars hæc ſine nomine vita  
Ducat : & illius cur fama eterna per alium  
Euoleat , hæc Iouis eſt magni diuina voluntas :

A ij

# GEORGICORVM HESIDOI.

Ille etenim altitonas summi regnator olympi  
Excitat imbellis animos: & fortia corda  
Debilitat: duce quo fortuna inimica superbos  
Deprimit: atque humiles clarum super æthera tollit,  
Tum mala mens hominis meliorem inclinat ad ysum  
Et cupiunt molles crudelia pectora cultus,  
Exaudi quicunque polo specularis ab alto:  
Cui nihil notum est: sanctissima dirige iura  
Iustitie: liceatque mihi fraterna monere  
Pectora: & ignotos viuendi ostendere mores,  
Sunt gemine in terris quibus altercantur in vnum  
Mortales cause: varia quæ mente trahuntur,  
Vna quidem studium laudabile sedula curat,  
Altera crudeli rerum depascitur haustu:  
Bella cupit: pugneque exercet iniqua tumultus:  
Inuisum atque atrox pestis genus: hanc tamen ipsi  
Mortales fugiunt: tandemq; volentibus hanc diis  
Exoptant: neque utque huius cohibere furores.  
Illam autem prius obscurè genuere tenebre.  
Sed fato meliore pater Saturnius illam  
Et generi humano / & terre radicibus imis  
Imposuit: segnes artus & inertia corda  
Excitat, alter enim segnis cui vita manebat  
Alterius spectans cumulos: mora nulla: bouesque  
Jungit: & impresso terram diuertit aratro,  
Sive domum curat: sive inseriti: alter ad artes

# LIBER PRIMVS.

Vicinum vicius agit laudabilis hæc est

Pugnandi ratio, fugienda sed altera : sub qua

Inuidet aut figulus figulo : aut egenus egeno :

Sive faber fabro : dulcisque poeta poetæ,

Hæc mea dicta præcor toto cape pectore Perse:

Nec te crebra foro speculantem iurgia vulgi

At vocet a studijs pugnandi inimica voluntas,

Nemo forum sequitur / quem non fouet annua mællis

Et brœ clausa domi Cereris gratissima dona /

Hæc querenda prius : dehinc / si yacat / i pete vulgus

Et sfera in alterius rebus certamina pone,

At non illud ages iterum germane : quod olim

Ausus es infoelix, litem hanc data iura resoluent;

Scis quondam inter nos patria est partita facultas /

At tu (nil iusta multum plus parte vereris

Tecum efferre) rapax, corruptus munere iudex

Ille tuo est : sub quo tota hæc sententia penderi,

Ignarus : non nouit enim quam dultius / aut quam

Sit medium toto melius : seu vivere malua

Vrilius : quantum dulci seu vivere porro

Hos veterum vicitus occultauere superni /

Inque polo retinent celestes, tempore quorum

Sat fuit vna dies tenui exercenda labore,

Vna quiescenti tibi, dehinc alimenta parabant

Annua, tunc poterant temoris robora sumo

Exploranda dare, & nulli fuga curva premebant

At hoc rāy

Domi dñi polo toto

In dñi mīrbat b/n

# GEORGICORVM HESIODI.

Terga boum: nullum hemiones sensere laborem,  
Hos voluit faciles viuendi abscondere mores  
*comishrus*  
*ignis surgoenit*  
Ira Iouis: cum se deceptum fraude Promethei  
Sensit: & illius causa mortalibus auxit  
Curarum moles: subreptumque abdidit ignem.  
Reddit hunc iterum terris: curaque latenter  
Subripuit ferula caujo puer ille tonanti  
Iapetionides iacto qui fulmine gaudet,  
Lusit fraude sua, subita tamen arsit in iram.  
Hæc pater effatus: nubis collector aquose  
Iapetionide: cuius prudentia cunctos  
Concilio excellit: magnum spreuisse tonantem.  
Arte tua, gaudesque dato mortalibus igne,  
Heu nociture tibi: generi nociture futuro,  
Tale mali genus excutiam, quo pecto reto  
Exultent homines cupidi sua damna ministrent  
~~Suavis~~ ~~fur~~ ~~re~~ diuum pater atque hominum rex  
Vulcanum aspiciens atque illi talia mandat  
Vade celer speciem e terra mixtoque liquore  
Confice mortalem cui vocem & robora fung  
Sisque ea virginea cælestis imago purella  
Quam sibi quisque velit, dea quam doctissima Pallas  
Instruat: & varias percurrere peccine caras  
Adiicit capiti facilem Venus aurea formam  
Curet ut assidua stimulata cupidine corpus  
Fallacemque addat mentem & fallacia verba

## LIBER PRIMVS.

Interpres superum victor Cyllenius Argi  
 Dixerat imperio Iouis annuit æqua voluntas  
 Coelicolum, exemplis singis Vulcane pueram  
 Virginis ora deæ similem, quam glauca Minerva  
 Cinxit, & ex omni fulgentem parte poliuit  
 Huic etiam Charites, etiam celeberrima Pitho  
 Aurea cadenti posuere monilia collo  
 Effuseque comas horæ de flore coronam  
 Vernali tribuere deæ, tamen attica Pallas  
 Illam præcipuo formæ decorauit honore,  
 Et superum interpres victor Cyllenius Argi  
 Fallacem attribuit mentem, & fallatia verba.  
 Sic pater altitonans diuino iusserat ore  
pando  
 Quandoquidem dederat sua munera quisq; deorum  
 Mercurius merito pandoram nomine dixit  
 Exitiale malum mortalibus & fera pestis.  
 Postquam autem tantos confecit Iuppiter æstus  
Epimetheus  
 Mercurium ad magnum iubet ire Epimethea, dono  
 Cui ferat hanc, qui nil veritus precepta Prometheus,  
 Corpit, & accepto nouit sua damna Epimetheus.  
 Nam prius humano generi secura manebant  
 Tempora, nulla mali species, aut cura laboris.  
 Morborumque genus, tristem qui funeris atri  
 Corripuere viam, quibus omnis frangitur ætas  
 Vincere dulce fuit, quadam sed tegmen ab urna  
 Dum pondera leuat, totum exilire per orbem

## GAEORGICORVM HESIODI

Curarum infestæ effigies, spes sola remansit  
Intus, & e labris ima sub parte resedit  
Obstutit impositum nam tegmen abire volenti.  
Si qui fulmen agit nubis collector aquosæ  
Iussorat, innumeræq; etiam mortale vaginatur  
Per genus infanda spes, quibus equor, & omnis  
Terra infecta tumet, morbi noctesq; diesq;  
Sponte sua sine voce ruunt, namq; ab Iove summo  
Ablata est illis quæcunq; potentia fandi.  
Sic impune patens offenditur ille deorum.

¶ Si vacat o frater si non audire recuses.  
Ordine plura canam, genus immortale creatum  
Ac mortale simul credendum est, aurea primus  
Sæcula dij superi totum sparsere per orbem,  
Tempore quo coeli imperium Saturnus habebat.  
Tunc homines diuum viuebant more, nec illos  
Anxia curarum moles operumq; labores  
Lassabant, aberat tristis cum mente senectus,  
Semper &c in valido regnabant corpore vires,  
Nulla mali labes, conuiuia læta placebant.  
Mors similis somno fuit, atq; uberrima tellus,  
Omnia liberius nullo cogente ferrebat  
In commune bonum, nec quisq; insuidit habentis  
Quam fœlix ætas, erat omnibus vna voluntas.  
Et taciti lætos soluebant pectora in usus  
Aurea postquam hominum paulatim defuit ætas

## LIBER PRIMVS.

His pater altitonans meritos adiunxit honores  
 Sub terris habitare dedit, qui numina faciū,  
 Et genus humanum facta quoq; iura tacentur  
 Iusticiæ, tenebris circumfusq; peragrant  
 Terrarum fines, & opes mortalibus augent,  
 Proxima successit terris argentea proles  
 Auro deterior, sensuq; , & moribus impas  
 Tunc sibi quisq; suæ fecere sub ybera matris  
 Oria mortales, paulatim adoleuit in annos  
 Ingenij rude principium quo decolor ætas  
 In proprijs etiam laribus rude pectus agebat,  
 Aucta tamen postquam ad summum peruererat ætas  
 Viuendi breuius spatum fuit anxius ardor  
 Curarum incumbens aderat, quas improba mentis  
 Gaudia fecerunt, alterna iniuria nunquam  
 Destitit, & nulla in superos reverentia, nullos  
 Sacrorum ritus ætas argentea vidi.  
 Nanc deus extinxit meritam, flammatus in iram  
 Postquam hominum oculuit argentea sæcula tellus  
 Non tamen illorum sine nomine vita recessit,  
 Sub terrisq; dei sedes coluere secundas.  
 Tertia post illam successit ænea proles,  
 At nihil argento similis Driadumq; creata  
 Sanguine dura quidem rubustacq; pectora tendens  
 Tota feri misero martis feruebat amore,  
 Nulla quies illi, nullum ius durior ætas,

*Aetas argentea*

*Aenea sonus*

## GAEORGICORVM

Ipsa adamante fuit vultu metuenda superbo,  
Cui nunquam invictum robur, fortisque lacerti  
Defuerant humeris, tunc ærea tela domusque  
Omnis in ære labor, non ferri emerserat usus  
Hæc autem proprio proles consumpta furore,  
Ad gelidi loca nigra deï sine honore recessit.  
Et quanquam extiterit invicto robore, ab atra  
Morte tamen victa est, solis lumenque reliquit,  
Postquam autem occulta est, atque ænea corruit ætas  
Quarta fuit soboles melior cui plurima toto  
Iustisq; hærebant animo præcepta verendæ,  
Divinum genus heroum primumque vocari  
Semidei immensos illi potuere per orbes  
Hos insanus amor martis bellique nefandi  
Ardor, Agenoride septem prope incenâ Cadmi  
Edipodæ imperij causa consumpsit, & alti  
Hos maris vndisoni fluctus, cum Pergama classæ  
Argolicæ peterent, vbi pallida mortis imago  
Desuper incubuit, dum iusto vlciscitur ense  
Tindaris, hoc etiam toto diuinit ab orbe  
Iuppiter, & vite meliorem tradidit usum,  
Elysiosque dedit colles habitare profundæ  
Littus ad Oceani, foelix & sancta propage  
Hic vbi vernal humus, vbi dulcia poma quotannis  
Ter gremio effundit nutrita vberima tellus  
O utinam non me quinta cum stirpe creassene

hæres

Elysios manuus

Littus firma

## LIBER PRIMVS.

Fata, sed antemori seu post licuisset oriri  
 Ferrea nunc ætas, quam curæ & mille labores.  
 Nocte dieque premunt, paulatimq; illius instant  
 Exitio, sic dñs placium, sed prospera tanto  
Fata etiam venient aliquando in turbine rerum.  
 Nec minus hæc infanda hominum delebitur ætas  
 Cum matura annis illorum tempora cani  
 Infirmit crines natis nec vt ante parentes  
 Nec patribus nati similes nec hospite tutus  
Hospes erit, sanctum corrumpent fœdus amici  
 Et saret arma ciens inter discordia fratres  
 Viuet honoris inops hominum properata senectus  
 Nec pudor effractos senio obiurgare parentes  
 Infoelix soboles, legem & præcepta deorum  
 Nescit: & inualido non hæc alimenta parenti  
 Iusta suo reddet, quid enim q; iniqua rapaces  
 Appetet usq; manus urbesque & moenia narrem  
 Alterna delata manu, iurataque fallent  
 Numinis iustitiae nulli tribuentur honores,  
 Pulta gemit bonitas, illum venerabitur orbis  
 Cui mala mens suadet fera criminata tora iacebit,  
 Tota quidem orabat tecum reuerentia vultu  
 O dea iustitiae, soboles en improba ledet  
 Si probus ullus erit, quem contra insurget iniqua  
 Voce furens factum affirmans, altrixque malorum  
 Inuidia incedet fatali turbida vultu

## GEORGICORVM HESIODI.

Protinus humanas fedes astrea relinquet  
Diua suos pariter tendet reverentia cursus  
Ad superos nitido velataque corpus amictu  
Mille recedentes ille mortalibus ægris  
Non cessanda tamen rerum mala semina linquent  
At muriæ moneam quāquā sapientia omnia iudex  
His interde animum, sed quid iuuat ista monere  
Stultus maiori quicunque resistere temptat  
Vincitur, & magno poena subit inde pudore  
Sic ego sum tanquam volucris quam prenderit astur  
Pensa que sublimes agitur philomena per auras  
Hæc dolet infelix vngui transfixa recurvo  
Quam contra horribili raptor sic intonat ore,  
Quid misera exclamas, te multum fortior astur  
Te premit huc ad sis quo te meus egerit ardor  
Et quāquā bene suaue canas mihi coena futura es  
Si iubet aut dimissa iterum remeabis in auras  
Sic fatus tacuit pennatus & impiger astur,  
Tu modo iusticiam cole, nulla iniuria per se  
Tecum habitet, fatale gerit secum illa nec illam  
Villus amat, nisi mens cui vilis & improba surgit,  
Vir bonus hanc inferre timet, si que intulit acu  
Penitet, & magno contristat corda dolore,  
Est via iustitiae melior: qua vincitur omnis,  
Omnis ad extremum veniens iniurius ardor,  
Quid dicam quod nunquam aliquid dementia noscit

# LIBER PRIMVS.

Nō modo passa prius, si qui mala iura ministrat,  
 Peierat: & tandem dementi panditur error  
 Eripe iustitiam corruptus munere iudex,  
 Ius violat dolet hæc & nulli visa p̄r urbem  
 Tristis it, & lachrymas penam mortalibus orat,  
 Qui violent iura & recti sacra foedera rumpunt,  
Verum vbi iustitiae sancti seruatur honores  
Iudicioque pares & ciuīs & aduenia pendent,  
Vrbs viget: augerit soboles: pax leta vagatur  
 Pax iuuenium nutrix, nunquam his fatalia bella  
 Preparat altitonans: nullis in rebus egestas  
 Imminet, in quenquā nulla est offensio, dulci  
 Quos iuuat interdum genio alleuiare labores  
 Terra quibus large fundit sua semina, & altæ  
 Montibus innatae mittunt sua munera quercus,  
 Glandifere in summo, media tamen arbore mussant,  
 Vndique apūm ingentes aties, vestemque ministrant  
 Lanigere pecudes, per se magis omnia florent  
 Non his externas merces vehit ardua puppis,  
 Omnia dat tellus, quid enim q̄ iuncta marito  
 Et patribus similes emitit semina partus  
 Non datur hoc quibus illa placet violentia iuris  
 Hos ad supplicium vocat alti cura tonantis  
 Sæpe subit poenas plebs tota miserrima tantum  
 Vnius ob noxam, pestis furit aura p̄r urbem  
 Et mala, suada fames, paulatim deficit omne

## GEORGICORVM HESIODI.

Vulgus & euacuos ostendunt tecla penates  
Fœmina nulla parit, sic seuit iupiter, erga  
Quos malefacta iuuant, qui si modo forte cruentum  
Militiae exercent studium, mora nulla sinistro  
Marte cadunt: vel si potius iuuat ire per altum  
Illorum in medio submergitur obruta puppis.  
Vos igitur qui iura datis conuertite mentem  
Ad tales hominum poenas, diuina potestas  
Mortales circumuolitans videt improba quorum  
Iudicia emergunt multorum in damna deumqz  
Ignorant monitus, gens hi mortale pererrant  
Innumeris tenebris circumfusique tuentur  
Iustitiae sacra iura domant genus omne malorum.

*infiria*      *Baudij fo: 15*

Illa quidem virgo est supero ioue nata parente  
Nomine claro suo sed tuque verenda deorum  
Quam si quis violet lachrymans sua fata parentes  
It Iouis ante pedes & lamentabile fundens  
Humanos queritur mores ac debita poscit  
Supplitia in populos, tu iudex causa malorum  
Qui violas sacra iura deæ~~et~~, iam dirige mentem,  
Ius cole, in akerius te nulla pecunia vertat  
Damna, nocet sibi qui cuiquam nocet, & male suadet  
Ille tibi in quenquam si quis male iura ministrat  
Cuncta videt pater omnipotens, & quod mihi tecum est  
O iudex modo si lubeat speculatur ab alio  
Nil latet hunc, aut hoc quales tribuantur honores

## LIBER PRIMVS.

Iustitia in populo, quam non ego pectore toto  
Nec mea progenies coleret postquam orbe sub isto  
Spreta iacet bonitas & ius iniuria vincit  
Inuitio Ique ni fierent, haec accipe frater  
Haec animo meditare, iniustum pone furorem  
Ius quoque frater ama, sine quo genus omne ferarum  
Credimus alterno certatim corpore pasci

Iura

At nos instituit vita melioris origo  
Iura dedit pater omnipotens, ea pectore toto  
Si quis habet, decus aeternum pia premia reddet  
Jupiter afflit si quis pro teste vocatus

T. His

Peciat, ac merito pensatur culpa nocentis  
Suppicio, offendens ius, ille offenditur una,  
Ex quo obscura quidem nulli quoq; cognita surgit  
Posteritas, iusto de sanguine nata propago  
Chara caput tollit patrio seruata decore  
Haec quoq; quae referam stultissime concipe frater  
Quam facile innumeras viciorum amplectimur artes  
Haud procul illa habitant, breuis est via qua sit eundum

Uincit

Est via virtutis contraria, sudor anhelus  
Hanc sequitur, quae se scopulosis ardua clivis  
In longum prorumpit iter, riget aspera primo  
Ingressu lenis est, postquam alta cacumina tanges  
Optimus hic se le qui nouit cum eti magistro,  
Prospiciens rerum fines meliora sequutus  
Dignum laude virum parentem recta monenti,

## GEORGICORVM HESIODI.

Credimus, illa tamen sibi qui non consulit: aut quid  
Alterius precepta fugit vi inutilis extat,  
Ergo age frater ades generoso e sanguine perse  
Neu fuge fratnos monitus, operare laborem  
Inuideat tibi dira fames, spicaque recenti,  
Alma Ceres ornata caput sua dona ministret,  
Sic tibi plena domus, segnem crudelis ægestas  
Opprimit, hunc homines odio superique sequuntur  
Tarpentis similem succo, cui spicula surgunt  
Horrida, distensumque fauis consumit edendo  
Semem apum, piger ipse sedet, vitatque laborem  
Tu modo curam operi quantum poses adiice frater  
Horrea sic rumpunt messes, sic copia rerum,  
Sic pecus augetur, sic tu mortalibus ait dijs  
Gratus eris, segnes animos & inertia corda  
Oderunt, operi laus est imponere curam,  
Turpe sed huic prohibere manus, incumbe labori  
Forfitan ad studium torpentia pectora vertes  
Dum partas ostendis opes, virtutis adeptus  
Nomen, & aeternum laudis decus, utere quæso  
Arte, para vicium, violare aliena nefandum est:  
Fac superis equandus eas, incumbe labori  
Nec pudeat, pudor hic multos in honestus egentes  
Secum habet, auget opes fidutia, quam melior res  
A superis non vi, proch rerum insana cupido,  
Proh animis infusa lues, iam nulla pudoris

## LIBER PRIMVS.

Cura facet, passim longe post terga relicus,  
 Tu coleris duce te paulatim corruit ille  
 Dijs inuisus homo, cui mens intenta rapinis  
 Inuigilat, neque enim semper foelitia durant  
 Nec minus omnipotens poenis affligit eisdem  
Qui seruum offendit, vel qui sanctissima frangit  
 Foedera amicitiae, seu qui cum coniuge fratris  
 Non pauet infandos coitus fraternus adulter  
 Vel qui in pupillos audet vini ferre nefandam  
 Vel qui in longea confectum aetate parentem  
 Horribili voce insurgit, vixque abstinet illi  
 Verbera, non impune tamen, stat poena nocenti  
 Post obitum, depone igitur tam falsa superbæ  
 Mentis consilia, & melioribus vtere quæso  
Ture pio venerare deos, his tempore in omni  
 Et mundo & pure liba cum clara nitescet  
 Sole dies, aut cum nox circumfusa tenebris  
 Abscondet terras casto torrenda sub igne  
 Hostia mactetur, hymnos cane, tura ministra  
 Ut tibi dij faueant, immensaque copia rerum  
 Hinc tibi nascatur, multis vt egenibus ipse  
 Subuenias non vt viuas germane rapinis  
Conuiuas inter si vis discubere, amicus  
Non hostis veniat primum vicinia, nam si  
 Aduersum quicquam acciderit de more repente  
 Primum illa accurret, que si sine vestibus esset

rapinis

Inuicem

dei cultus

Coniugij

Viri

## GEORGICORVM HESIODI.

Nuda etiana veinet, quod non tibi sanguine iunctus  
Non aget, iste sibi vestes atque omnia ponet,  
Improba damnoſa eft vicinia, ſed proba ſi ſic  
Urilis, hæcigitur cupienda est pectore toto  
Tanquam laudis opus, nequic enim lamenta refundes  
Amiſſe bouiem, proba ſi vicinia tecum eft  
Acceptum metire & codem pondere redde  
Vicino tibi ut hic iterum ſuccurrat egenti,  
Res male parta mala eft damnoſaque ſempre ab illa  
Ergo caue, nec te vincant in amore fodalcs  
Illum adeas qui te, fac mutua munera reddas  
Sponte datum capias, ſcelus eft letale rapina.  
Quicunque & ſi magnum aliquid largitur amico  
Letatur, quicunq; facit de fronte pudorem  
Et rapit alterius quicquam, intima turbat amici  
Visceraque & mentem cui vis illata rapinæ  
Adde parum partio ; paruo ſuperadde puſillum  
Fiet & hoc magnum, inſoclix pelletur egestas  
Si modo rem cumules, hominem nec ledit habere  
Cuncta domi, nocet eſſe foris : quam dulce bonumq;  
Presens accipere atque abſente carere moleſtum eft  
Tunc bene potandum tum plena effundit ab aluo  
Vina caðus, tunc parcus eris cum parte lyeus  
Defluit e media, ſed cum declinat ad imum  
Spumantes iterum cyañhos & poeula ſume,  
Quicquid pollicare homini ſeruetur amico

Cir. b. 27. phor  
e. p. off. m. 19.  
nata para  
ſodalitas

Parſimonia

Eando potandum

## LIBEE SECUNDVS,

Sit quicquam cum fratre tibi est testem adiice rebus  
 Subridens, nocuit non credere, ctedere semper  
Ne ve nuam alliciat meretrix caue foemina mente  
 Rem totam vorat illa nimis dum blanda videtur  
 Heu quam damno sum est mulieri fidere cuiquam  
 Rem patris acceptam melius souet vnicus heres  
 Auget & hanc, at tu plures in morte relinque  
 Ex te ortos, nam plura pater saturnius illis  
 Attribuet, sed te si cæcus tangit habendi  
 Ardor adhuc, fragilisque placet tibi gloria rerum  
 Hæc age quæ moneam & varios operare labores

### I] Liber Secundus de Agricultura.

pliante
 Vm cœlo emergunt sublimi ab atlantide nate  
 Pleiades/ truncanda Ceres, morientibus illis  
 Mitte in aratra boues, latitare ea sydera dicis  
 Viginti totidemque dies, annoque voluto  
 Apparent iterum, maturam incidere messem,  
 Rursus & incipiunt dentata falce coloni  
 Hanc legem agricolæ atque habitantes littora ferirane,  
 Aut qui pingue solum vallofaque recta tenerent.  
 Nudus ara, midusque serc & mete corpore nudo  
 Si tempestiuos agrorum dicere cultus  
 Augerique illos magnis successibus optas  
 Ne ve aliena roges interdum pauper egenus:  
 Quod si ad nos supplex iterum fortasse redibis  
 Non iterum dabimus, iuuet exercere labores

C

Linda  
rendre  
m. p. 1930

*no mudi* GEORGICORVM HESIODI.

Improba quos inter mortales dira potestas,  
Sortita est ne tristis inops cum coniuge mesta  
Aut cum natorum misera comitante caterua,  
Victum a vicino rogites dare negligit iste,  
Bis seuter fortasse dabit, dehinc si petis ultra  
Proficies nihil: at tu plurima verba refundes  
Orabisque iterum frustra tamen, artibus ut te  
Iam pridem admonui inuigila atque incubeb laboris,  
Dira fames procul hinc abeat, tua debita solue,  
In primis tibi conde domum precioque ministram  
Dehinc eme: quam posses custodem adiungere bobus.  
Pone domi quantum toto tibi sufficit anno  
In rebus spes est alienis irrita; nam si  
Hic dare forte neget, tu semper pauper egebis.  
Tempora labuntur operum quoque deficit usus,  
*ad terras*  
Adderas rem deferre nocet, nunquam horrea nunquam  
Implet iners, aut qui tempus producit, habenda est  
Cura operi, tunc turgescit opus, mala mille molestans  
Affligunt hominem, cui segne & inutile corpus  
Cum bene se posuit rapidi vis ignea phœbi  
Ac pater omnipotens secundis imbrisbus æther  
Desilit in terras, & languida membra resumunt  
Iam pridem amissas æstiuo in tempore vires,  
Nam breue sol hominum supra caput astar abalto  
At de nocte magis currus exercet agendo  
Tunc operum multo ante memor discinde securi

## LIBER SECUNDVS.

Siluam incorruptam, tunc germina definit arbos  
Fundere, dasque suas volitare per aera frondes  
In tres tende pedes mortaria: contineat tres  
Pistillus cubitos: pedibus quoq; confice septem  
Temonem, qui si fuerit potentus in octo,  
Hinc tibi malleolus crebros formetur in iugis  
Palmarumq; trium rota sit, varijsque repone  
Lingua efficta modis, validamq; in montibus altis  
Quare vel effuso campi super æquore primum  
Ac stiua compone manum qua firmet arator  
Temonem cuneis dentaliaque alliget imo  
Torqueat & fortis illa durante iuuencos  
Binaque preterea tectis seruetur aratra,  
Sic melius, nam si casu discinditur vnum  
Restat adhuc aliud validos agitare iuuencos,  
Temonem ex vmo, viridi seu confice lauro  
Stiua sit ex p<sup>r</sup>imo, dura dentalia queru,  
Duc in aratra bouem nono qui vivat in anno  
Apta ætas operi matura est, franget aratum  
Bos iuuenis, minitans iuuenili prælia cornu  
Et rixam exaciens opera imperfecta relinquet.  
Quare quater decies annorum ætate bubulcum  
Quadrifidus panis & offellas cefus in octo  
Sit cibus huic, recto sulcabit vomere terram  
Si maturus erit, studium intermitte arandi  
Junior, aspiciensque pares atque colonos.

C ii

Bos q. ætate  
arandi

Bubulus

## GEORGICORVM HESIODI.

Ibit ad hos ludosque ciet laetitia iuuentus  
Ergo non melior iuuenis nec semina veræ  
Sparge humi; quantum terre mensura requiri  
Contemplare etiam cum grus e nubibus altis  
Assiduos agitat clangores; nunciat imbre  
Venturamque hyemem tempusq; inducit arandi;  
Angit & illius mentem cui nulla boum spes  
Tunc redeant feri plena ad præsæpia tauri  
Tunc proprios operare boues & plaustra, sed inquis,  
Non habeo, dabit hic, facile petere, atque negare,  
Mentis inops aliis, quid enim componere currum  
Tunc volet ignarus, non nouit quantus in illo  
Sit labor & centum compagibus infixa lingua  
Que debent multo ante domi prouisa reponi  
Præterea cum tempus adest rescindere campum  
Fortius insistas operi exercere ministros  
Nam vertenda duplex tibi sicca atque humida tellus  
Vere nouo veniant celeres ad aratra iuenci  
Fertilis & grauida culmis procumbit arista  
Neu te decipiatur cum semina colligit ætas  
Sit noua cui studeas tellus, nec aratra quotannis  
Terra recens large natis alimenta parabit.  
Platonem imprimis venerare atque annua sacra  
Vota refer Cereris cum stiuæ innixus agendo  
Incipis exercere boues stimuloque fatigas  
Sic immensa tibi surgent cerealia dona

# LIBER SECUNDVS.

Semina cum terræ committis, pone sequatur  
 Seruulus: atque aubus rastro fata læta recondat  
Optima credi in uerum prudensia cunctos,  
Leditur aduerso qui negligit omnia fato  
 Si sit pingue solum grauide inclinantur aristæ,  
 Felicesque operum successus a Iove summo  
 Hinc capies, neque sub tectis extendit arachne  
 Fila, sed immensæ replebunt horrea messes.  
 Tunc gaude & canit florentia tempora veris  
 Letus agas, cum te cassum crudelis egestas  
 Aspicit, & parto turget domus, atque aliena  
 Re tibi non opus est, tua pluribus adiumentum  
 Fit sterilis tellus medio versata sub æstus  
 Hincque solo residens imas falcabis aristas  
 Aueros religans culmos tenuisque sequetur  
 Spes vitæ, pauci te mirabuntur ab agris  
 Parua sub exiguo referentem farra canistro  
 Difficile interdum mutabile noscere tempus  
 Mobilis & varia est alti natura tonantis  
 At si tardus aras tardus tibi solus amanti  
 Afferat auxilium si largis imbris æther  
 Tres noctes totidemque dies non cessat ab alto  
 Donec replerit validi vestigia tauri  
 Tempore quo quema residens sub arbore coccyx  
 Exululan: gaudentque hominum mortalia corda  
 Vere sub aprico, sic tardus forsitan eques

C. iii

*Secunda arachne*

# GEORGICORVM HESIODI.

Hi... arid... Qui tempestivo dixerit vomere terram.

His intende animum nec florida tempora veris  
Te lateant, glacialis hyems tibi cognita surgat  
In qua incumbendum est, nec te villa taberna moretur  
Aut narrata loco sub aprico fabula tardet  
Dum frigent alii, vir rem tamen impiger auget.  
Surge igitur, nec te paupertas opprimat illo  
Tempore, dira famae tenues facit esse lacertos  
Elatosque pedes: Scrupea curaentia multo  
Sanguine, segnis inops, & spe suspensus inani  
Inclinat mentem sceleri & meditetur iniquos  
Vnde paret vicitus, hominem spe nutrit egentem  
Irrita cui nihil est & tora luce vagatur  
Dum media elapsa est etas, properat minister  
Condite dictasulas nam semper non erit etas.  
A Iano mensem dictum caue, nubibus ille  
Letalem bobus glatiemque & frigora ducit  
Tratus insurgit boreas, & turbine facio  
Disturbat maria ac campos siluaque sonantem  
Alticomas quercus annosaque robora pinus  
Diruit ex alto & valles iaculatur ad imas  
Siluarum auditur fragor vndeque, sed fera duro  
Arrigit ipsa pilos caudaque in cruribus angit  
Quin etiam quibus est nullis densissima pellis  
Perforat ille quidem setosaque pectora transit  
Nec se defendunt dura sub ueste iuuenci

12

## LIBER SECUNDVS.

Et misere algescunt hyrsuto crine capelle  
Vincit ouis boream instantem fultoque repellit  
Tegmine lanarum, sed non obſtitur, illi  
A ſenibus: curuo facit hos incedere collo  
Non tamen ad teneram penetrat boreale puellam  
Frigus, at illa domi cui nondum nota libido  
Matriſ apud chare grēmīum ſedet, atque hiemales  
Non ſentit glacieſ & tota nocte quieſcit,  
Atque oleo teneras interdum perluit artus,  
Tum polypo durum eſt gelidiſ habitare ſub vndis  
Nec videt vnde ſibi venetur in æquore prædam  
Alleuietque famem, proprios tum denique in artus  
Vertit atrox rabiem immensam, ſic imbribus auris  
Turbatur mare, ſic atra caligine coelum  
Sol quoque ad ethiopas radios & lumina fundit  
Rarus apud graios, fugiunt animalia curui  
More ſenis valles imas, & dente tremendis  
Concaua ſaxa petunt nemorum tenebroſaque teſta  
Tunc quoque ne noceant hyemeſ tibi protegat artus  
Mollis <sup>chyma</sup> lena tuos, cui texta ex ordine recto  
Pauca, ſed aduerso ducantur plurima fila,  
Sitque ea crure tenuis, vetat hæc per corpora ſeras.  
Surgere, & instanti prohibet dureſcere vento  
Tegmina ſint pedibus taurorū m e pelle chorium  
Nec nocet hos inflare pſſis, vi frigora vincas  
Edorum teneras neruo bouis inſue pelleſ

P.M.

polyp

indumenta  
frigus

## GEORGICORVM HESIODI

A cordo suspende, tegant capita alta galeri  
Nemadēant aures, borea spirante cauendum est  
Frigoribus tunc ros cōlo diffusus ab alto  
Intus alit Cererēm sacros operumque labores,  
Ille quidem vi ventorum e fluuialibus vndis  
Tollitur in sublime & matutinus in agros  
Desilit, interdum expectat tempora noctis,  
Interdum borea nubes agitante procellas  
Vertitur in ventosam hyemem, fuge prouidus illam  
Acceleretur opus, pete tecta obstantia ventis  
Ne forte obscuro nebularum infusus amictu  
Immadeas, largosque imbræ pluat humida vestis  
Pascua tunc carpant quamuis non pinguis tauri  
Quippe leuis labor, & longa sub nocte quiescunt  
Nutrimentum ingens, vobis vberima mando,  
Agricolæ, faciliique dies transire labore  
Nec seruanda tibi donecnox æqua diebus,  
Atque iterum satis commitit semina terræ  
At dum sexdecies sol arduus occidit vndis  
Hibernum post solsticium sacrosque relinquens  
Oceanis fluctus, sublimi æcturus olympos  
Exoritur, primumque cupit splendescere sidus  
Tunc vites incide, noui neque nuncia veris  
Antiquos iterans questus precedat hirundo.  
Dum tamen immensos effundit pleias æstus  
Prosiliensque umbrosa petit plantaria limax,

herberg  
Urbis  
vnde

## LIBER SECUNDVS.

Tellure e sicca, tunc vinea nulla ligōnem  
 Sceniat, accelerent vincata falce ministri  
 Maturam in segetem, nec ec pulcherrima tempe  
Detineant segnem, matutinique sopores,  
 Eya age rumpe moras, pelle otia segnia pelle,  
 Dum vocat alma Ceres, robustaque collige farra,  
 Pone domi quantum toto tibi sufficit anno,  
Mane operi assurgens, operis pars tertia mane  
Conficitur, labor haud grauis est de mane, viator  
Longum liquit iter, raurosque exercet arator,  
 Preterea sua dum scolymus florentia mittit  
 Germina, & in ramis dulces resonare cicadæ  
 Sole sub ardenti incipiunt trepidantibus a lis,  
 Fit capra tunc mollis, tunc sunt dulcissima vina;  
Feminaque vrenti veneris prurigine corpus  
Appetit in sanos coitus lassantur ab æstu,  
 Membra virum, tantumq; potest vis ignea solis,  
 Tunc licet ardores gelida releuare sub umbra,  
 Fontes ad apricos latices semperque fluentis  
 Murmur aque: faciles quam circum leniter auræ  
 Aspirant: zephyris plerumque agitantibus illas  
 Hichylares latus cyathos & pocula sume  
 Bublina, ter infusa magis, quæ temperet vnda  
 Hic tibi ab vberibus caprarum caseus adstet  
 Quæ nullos pascant foetus, hic lactea liba  
 Hic tibi silvestris ponatur caro iuuenæ

m  
P

Mar

Scolym  
floris

Cocti

vndæ

## GEORGICORVM HESIODI.

Quæ nondum enixa est, hic mollior sedulus adest  
Et laceas saturus patula sub tegminis umbra  
Surge tamen, coelo cum fulget orionis astrum  
Tempus adest, Cereris sacras terat area fruges  
Ad ventos posita atque ingenti æquata cylindro  
Nec nisi libratæ ducantur ad horrea messes.  
Postquam autem satis ad victimum ubi contulit æstas  
Continuo cui nulla domus sit quicere ministrum  
Adde etiam ancillam, que si sine prole, molestum est  
Et graue seruitium illius: quam cura remordet  
Natorum. blandire cani panemque ministra  
Peruigil ante fores sedet ille domumque tuetur  
Dente rapax furique altis latratibus instat  
His propere exactis fœnum pellensque reconde  
Hemiones quantum satis ac nutritre suencos  
Inde laboranti requies præbenda colono  
Tempus & exhaustis pariter iuga demere tauris  
Dum tamen in media coeli statione resulget  
Syrius, orionque loco splendescit eodem  
Et rosea arcturi cernit pallantias astrum  
Tunc vuas tenero abscindens de corpore matrum  
Per bisquinque dies tepido sub sole iacentes  
Pande, dies etiam molestant quinque sub umbra  
Dehinc torque, capiant vegetes iocunda lycis  
Minera, sed sidus cum deficit orionis  
Placiadesque hiadesque cadunt meminisse iuvabit

## LIBER SECUNDVS.

Protinus impresso subuertere vomere terram.  
Stat tempestiuo cuncta exercere labore.  
Si tamen infestum iuuat ire per aquor, & alta  
Puppe vehi, moneo ne quando ab atlantide natum  
Orion sequitur, totoque excludit olympos,  
Ut videoas illas medio submergere ponte  
Nauigio incumbas: mare tunc tollentibus curis  
Obscurum vndosos iacula tur ad aethera fluctus,  
Tunc igitur iacent religatae ad littora puppes  
Saxorum nixæ obicibus, ne forte ruentes  
Discutiant venti, pateat pars ima carinæ  
Ne pluuiam excipiens putri marcescat ab imbre,  
Instrumenta domi nataliaque arma quiescant  
Pensa gubernandique exploret robora fumus,  
Interea Cereris sacros operare labores,  
Nec prorsus fugiendus ager, labatur in altum  
Equor amica ratis, dum non magis vnda tumescat  
Nec restitunt vasto sublati gurgite montes  
Vadat onusta tamen censu redditura superbo.  
Hic meus ille quidem genitor dum pauper egeret,  
Errabat maria alta secans fluctusque profundos,  
Ille olim eolidam cumam atque ea littora linquens  
Appulit huc, non spe lucri commotus auara  
Durum opus exercere iuisa vrgebat egestas  
Ille vagus demum prope tempe heliconia sedem  
Ascream incoluit coeli in regione molesta

partas et partia His id

## GEORGICORVM HESIODI.

Frigore numc nimio nūnc intollerabilis æstu  
Tempore quoque suo iuuat exercere labores.  
Nauigiumante omnes , cuius si te vlla remordet  
Cura : placetque altos sulcare per æquora fluctus  
Dum faciles spirant venti & furor ille quieuit.  
Nec te inuisa famæ alieno viuere paro  
Cogit, & inuitus multorum debitor extes  
Vade , nec in cymba , sed te vehat ardua puppis :  
Ingentes referant census ingentia mercis  
Pondera . preterea quæ sint aptissima nautis  
Tempora narrandū est, quāquā mihi parua per vndas  
Vita fuit , vixque ex illa tantum aulide cursus  
Littus ad Euboeum, sub qua omnis grætia quondam  
Dum pelago descuit hyems conuenit in vnum.  
Et merito infandos fatum iuratur in hostes  
Inde mihi placuit non longe ad Chalcida cursus  
Huc vbi magnanimum genus Amphidamantis achiui  
Constituunt populis certamina , & inclyta quondam  
Munera defuncti ponunt in honore parentis ,  
Hic ego me dulcis referentem premia cantus  
Auratos memini cripodas quos sponte dicauit  
Musarum ante aras , quibus antra Heliconia cure  
Ille vbi me primum dulcem docuere poesim  
Tantum igitur mihi res natalis cognita surgit  
Dicam aliquid tamen & varios pandam ætheris vlos  
Hæc etiam nobis aspираuere camoenæ,

Uirtus & Præmia  
per nosq; vnde vllius  
putavit h: 1:

## LIBER SECUNDAS.

Equora tuta legant instructo remige puppes  
Cum deties quinque est series exacta dierum  
Estiūm post solstitium & iam deficit æstas  
Nam neque nunc classes medio nec nauia ponto  
Obruitur, ni forte velit Iouis alta potestas  
Aut deus, ipsarumq; parens Neptunus aquarum  
Exitus omnis in his rerum manet exitus omnis  
At leues spirant zephiri tranquilla quiescunt  
Equora, tunc celerem ventis committe carinam.  
Vadat onusta tamen redditum properare mementor  
Quam prius ipsa nouos fundunt vineta liquores  
Autumnūm q; ūmbres, & hyemis infāusta procellas  
Aut totus insurgat pīctūra rorantibus alīs  
Incumbatque mari totumque euoluat ab imo  
Exercent etiam studium nauale sub ipso  
Vere nouo, cum se tam latas arbor ab alto  
Induit in frondes, quando vestigia cornix  
Pandit humo depressa, si let tunc nabilis vnda  
Ast ego nauigium gratiae tunc semperque molestum  
Crediderim, hoc naturæ homines levitate nefanda  
Subtraxere, agitant diuersa pericula fluctus  
Et tamen ire placet, quāquā mors dura sub vndis  
Diuītiae sunt vita hominum, atque infantis habendi  
Ardor, ad hæc animuli geritane intende parumper  
Concipe fraternalis monitus, maria alta secando  
Facte cum ne cuncta vchas maiora referas

D

# GEORGICORVM HESIDO I.

Nec nimis est oneranda ratis, sit ponderis æqui  
Quicquid in hac durum est aduerso occurrere fato  
Fluctibus in medijs, currus discinditur omnis  
Sic grauius superinstat onus, seruare memento  
Mensuram in rebus & idonea tempora ad usus  
Cum prope terdecies tibi vita elabitur annos  
Connubium matrum aderit / decimumque puella  
Exigat & quartum sed quinto nubat, & illa  
Virgo fit, atque habitet prope te, cui sedulus adfites  
Sedulus inspitias artemque usumque puellæ  
Hæc age, ludibrio ne te vicinia canter  
Coniuge nil melius casta, nil turpius illa  
Quæ venerem prurit sine fine & prostat ad omnes  
Semper & exitio superimminet illa virorum  
Nemo etiam fratriis in amore æquetur amicus  
At par si quis erit sit amandus tempore in omni  
Nulla ex te incepsum fœdus discordia soluat.  
Mentiri scelus est, prestat compescere linguam  
Infandam si vim tibi quisquam inferret amicus  
Aut ore aut manibus, surge & vifscere redde  
Redde vicem duplicem, q̄ si illum penitet acti  
Ac poenam implorans iterum te exoptat amicum  
Suscipe, utile ~~quæ~~ est homines noua querere semper  
Fœdera amicitiae, multos si frater amabis  
Non laudo, nullos etiam, medium sit in isto  
Si tibi corda tument vultus non indicet iram

## LIBER SECUNDVS.

Turpe sequi sceleratū hominē , maledicere cuiquā  
 Infandum est . qui iam vīra laudatur honesta ,  
 Numquā a te nonquā misera obiurgetur egestas' ,  
 Diuinū donum est , dīcumque æterna voluntas  
 Illa quidem , quæ sāpe vīri sublīme molesta  
 Impedit ingeniumq; vetat super alta letiari  
 Qui loquitur parce linguam nē in omnia soluit  
 Thesaurum præ se gerit ille , ea gratia magna est  
 Ut linguam moderes pensataque verba loquaris  
 Si quenquā verbo ledes ledēris &c ipse  
 Grata in amicorum venias conuiua sumptur  
 Communi , dato particulam , gratissima sunt hæc  
 Acre loui vīxum seu dijs de mane cauendum est  
 Illauta libare manu , tum vota precando  
 Incassum fundes nulli exaudita deorum .  
Solis ad aspectum nec quenquam mingere fas est.  
Nocte sub obscura rectio neque corpore nudo  
 Nox quia sacra deis , media nec credimus illud  
 Posse licere via , si declinetur ab illa  
 Esse etiam veitum diuis vir & omnia noscens  
 Herens parietibus sedet atque exponit vrinans  
 Intus vbi orbate tenuis late angulus aulae  
 Nec coitu polluta sacros genitalia pandas  
 Ante ignes , neque cum dulci tibi coniuge preffet  
 Concubīum vt generes : dum morto a funere tristis  
 Mense redis , superum sacra sed latius ab ara

D. m

obr.

Cōmīsiō

Ubi mīgīd

Cīcīnīdīa

Quādo ad grā  
bīndū.

# GEORGICORVM HESIODI.

Credimus inuisum superis semperque molestum  
Qui natat assiduo labentia flumina cursu,  
Quam prius ablueritque manus pia vota precesque  
Fuderit/ ante ipsas supplexque orauerit vndas,  
Infandum ante aras vngues incidere/ cum dijs  
Sacra facis, scelus cyathos imponere vas,  
In quo vina latent, sacros operare lebetes.  
Nil tibi cum in sacris etiam hinc lauisse nefandum est,  
Perfice tecta prius quam cornix garrula ab alto  
Nuntiet atram hyemem ruit hæc inimica procellis  
Fac sedear bissex, quibus aras exigit annos  
Aut totidem menses natorum cara propago  
Sede sub instabili iuris hoc omnemq; repellit  
Segnitem, facit esse agiles & ad omnia promptos  
Eendum aut turpe virum est thermis mulieribus uti  
Hoc prorsus fugiendum etiam stat talibus atrum  
Supplicium, ante aras superum obiurgare nefandum est  
Sacra ministeria ac diuinos spernere cultus  
Nec licet in fluvio neque fontis mingere in vnda.  
Est quoque turpe aliud vetitum, fugite pessima fame  
Nomina, fama malum facile in sublime leuatur  
Est graue sufferriniū : nimiumque molestum.  
Difficile ut taceat, nunquam delebitur illa  
Sedula que varias populi penetrauit ad aures  
Est dea fama quidem sunt ipsi numina famæ.  
Sit tibi præterea sericas seruanda dierum

## LIBER SECUNDVS.

A Ioue nati omnes sunt a Ioue tempore nata  
Ultima mensis erit nullo exercenda labore  
Hac genio vtendum est, illa omnes festa per vrbes  
Ducitur, illa forum claudit neque iurare soluit.  
Prima dies sc̄ra est: & quarta & septima, prima  
Natus Apollo die radiantia lumina fudit.  
Luce domum quarta foelix ducenda sit vxor  
O mine captato, sunt omnia prospera rebus  
Et licet in curuam trabibus componere nauim  
At quintam fuge/namque illarum pallidus orcus  
Tum dire eumenidum facies toto vrbe vagantur,  
Castigant si qua in terris periuria falsum  
Affirmant quæ lis alterne agitata creauit.  
Sexta dies tristem ostendit mulieribus ortum  
Laeta viris, multique etiam nascentur in illa  
Quis mala mens fallax animus fallatia verba  
Et qui concubilla exercent arcana per artem  
Hac ouium fetis licitum castrare vel hædos  
Et licet infixa pecudes circumdare mandra.  
Scindimus octaua forti genitalia tauro  
Castramusque sues, foelix est ponere planitas  
Nona, viros gigni vel amica sorte puellas  
Luce viris decima faustos quoque credimus ortus  
Vnaque post decimam foelix incidere vites  
Et tempestiuam segeti supponere falcem.  
Hoc curat bisexta etiam foelitior illa

D 51

# GEORGICORVM HESIODI

Stamina & exalto tenuissima torquet arachne  
Ingentem accumulant formicæ farris aceruum  
Et iuuat arguto percurrere pectine talas  
Tunc quoque siluestres licitum castrare iuuencos.  
Tertia post decimam plantaribus optima surgit  
Spargere semen humi pallet contraria semper.  
Quartaque post decimam mulierum prospera nata  
Ac prensos domitare boues validosque labori  
Hemionos canibus faciles adiungere cultus  
Et lenire manu pecudique imponere mores  
Atque aperire cados & dulcia fundere vina.  
Sextaque post decimam plantaribus inuida surgit  
Oportuna viros nasci sed iniqua puellas  
Aut nasci aut thalamos petere atque herere maritis.  
Septimam post decimam Cereris terat ordea sacrae  
Ingentemque licet ferro discindere silvam  
Ac varias aptare trabes quibus ardua recta  
Moliri aut structam possis agitare carinam.  
Nonaque post decimam foelix est cum dea surgit  
Lutea sed medium coeli cum venit in orbem  
Fit grauis ex media ad finem latissima fulgit  
Proxima lux sapientem hominem diuina creandis  
Insigni viget officio . nec luce dolendum est  
Post illam quartæ : sacra est ea : lata trahantur  
Gaudia . quinta d̄ies post hanc iuga curua iuuencis  
Ponit & hemionos & colla excet equorum

## LIBER SECUNDVS.

Atque veliuolas deducit ad æquora puppes  
 Et noua componit dulci sua vasa lyco  
 Quam pauci nouere & recto nomine dicunt,  
 Sunt harum humano genere obseruanda dierum  
 Tempora, quippe illud magnis successibus augēt,  
 Sunt aliae anticipesque tamen sinc mente neque vlo  
 Officio excellent, hanc alter laudat & illam,  
 At paucis natura illarum cognita surgit  
 Nam tumc ipsa dies totum complectitur orbem  
 More pīæ matris, saeue modo more noueræ  
 Nunc fulget nunc atra latet, foelixque beatus  
 Ille quidem, qui dijs gratus cui cognita sunt hæc  
 Omniaque inspiciens rerum se exercet ad usus,

Lipsiæ in ædibus Valentini Schuman  
 Anno domini Millesimo quingen  
 tesimo decimo septimo.

